dicit ꝙ date sunt ei due ale vt volaret ī de
sertum· id est in celum ¶ E ¶ Sed no
ta ꝙ cum felix anima ad hunc gradum ve
nerit tria sibi supra modum vtilia inuenit
Primum est quia anima pregustato bene
ficō illuminatur quod figuratum est primi
Regum decimoquarto· Jonatha postq̄m
gustasset fauum mellis illuminati sunt ocu
li eius· ¶ Secunda pregustacō omnes vir
tutes in anima crescere facit· vnde Aposto
lus· Sine dolo lac concupiscite· vt ī eo cre
scatis in salutem· si tamen gustastis quo=
niam suauis est dominus· Tercia pregu
stacō animam dono dei participem facit·
vnde Paulus· Gustauerunt donum celeste
participes facti sunt spiritussancti· ¶ Octa=
uus gradus est sponsi et sponse amplexus
mutuus· De quo accipere possumus illud no
bile verbum in Ezechiele· Leuauerunt che
rubin alas et gloria domini erat super ea
Per cherubin accipere possumus scienciaꝫ
anime contemplatiue iam ad amplexus
sponsi rapte· Ale cherubin sunt intellectus
et affectus super que gloria domini eleua
ta replet intellectum cum sui occulta vi=
sione et saciat affectum sui fruicōne· Hunc
quia paucissimi in hac vita ascendūt prop
terea Salomon admirans ait· Que ē ista
que ascendit per desertum delicijs afflu=
ens innixa super dilectum suum· Ecce tria
requirit de tali anima· Primum quia heu
iam totus mundus nititur ad terrena de=
scendere deceptus creaturarum dulcedīe
propter raritatem ascensus ām̄irans ait·
Que est ista que ascendit· ¶ Secundo di=
cit delicijs affluens· Multe anime inueni=
untur plene· scilicet amore parentum sed
pauce inueniuntur anime plene dulcedīe
deitatis propterea ām̄irans ait delicijs af
fluens· ¶ Tercō requirit que est ista inni
xa super dilectum suum· Hoc vtiqꝫ opus
magne ām̄iracōnis immensitate dignum
est· Omnis enim creatura sub pedibus dei
cōstituta humiliter deo suo subijcitur· So
la autem felix anima contemplacōnis dul
cedine dedita super sponsum suum innixa
dicitur· Cum anima felix tante dulcedinis
gustu immergitur in seipsa impotens tāte
suauitatis voragine absorberetur nisi cum
dulcedine robur sponsi anime in fulcimen
tum virium anime infunderetur· Necesse
est igitur vt contemplatiua anima a dile=
cto inuitatur et sic dulcedine eius fulciatur·
vnde Dauid quasi in dulcedine absorptus
clamauit ad dilectum· defecit cor meum· et
beatus Paulus· Viuo ego iam non ego· vi
uit vero in me xpristus· Ab isto gradu se=
pe cadit anima· et hoc quando brachia la
xat tepiditas que constrinxerat caritas· ¶
¶ Nonus gradus est sponsi et sponse v=
nio· Hec in ista vita inchoatur sed in futu
ra feliciter consumatur· De hac vnione lo
quitur pius sponsus jhesus dicens ad pa=
trem celestem· Rogo vt mecum vnum sint
sicut ego et tu vnum sumus· O q̄m felices
qui ad hunc gradum perueniunt· Bene eī
tales homines seraphici sunt eo ꝙ amoris
igne succensi ardeant et cum choro sera=
phico vultui diuine visionis mentaliter
semper assistant· Tales enim vere vident
deum deorum in syon· id est in speculo di=
uine contemplacōnis hic in via quadam
prelibatoria pregustacōne et postea ī pa=
tria clara deitatis fruicōne·

cclv… ¶ Sermo tercius

Posuit dominus stellas in fir=
mamento celi vt lucerent su=
per terram Genesis primo·
In verbo premisso sꝫm quod
de religiosis exponitur q̄ sunt
vel esse debent more stella=
rum ornamentum firmamenti moralis ec=
clesie· ¶ A ¶ Religiosus comparatur stelle
propter quatuor condicōnes· idest proprie
tates que in stellis reperiūtur que debēt
esse in ipso· ¶ Primo stelle habent in situ
sublimitatem· Sunt enim locate in celo·
Sic quilibet religiosus licet sit ī terra cor=
pore debet esse in celo per desiderium et
affectum· Ad hoc est racō naturalis· Nam
quelibet res naturaliter tendit ad locum
sꝫm naturam sibi debitum vt ignis quia le
uis tendit sursum· terra quia grauis deor
sum· Cum ergo anima racōnalis sit agilis
ma quia spiritualis et incorporea de natu
ra sua habet ꝙ tendat sursum versus de=
um· ¶ Secundo stelle habent in lumine
claritateꝫ sꝫm ꝙ dicit propheta et probat
Dyonisius Omnia corpora illuminantur a
sole· et ideo stelle lumen quod a sole reci=
piunt istis inferioribus parciuntur· Sic de
bet homo religiosus et quilibet xp̄ianus
esse clarus et luminosus vt lumen gracie
dei a xp̄o vero sole acceptum ostendat in
bono opere exteriori· Et hec racō requirit
Lucerna enim que in domo poneretur vt
domū illumiaret et lumē nō diffūdēt inutil
diceretur· Sic religiosi qui sunt lucerna sup

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-v-105/0466
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt